

l' avvenire. Vi si soggiunge avere i legati imposto precetto al vescovo di Castello, ch' era allora Ramperto Polo, acciocchè

» interdicto, eosque Ducem, consiliarios, »
 » capitaneum, ambasciatores et alios Vene- »
 » los quoscumque, dantes in premissis au- »
 » xilium, consilium vel favorem publice »
 » vel occulte bonis mobilibus, immobilibus »
 » omnibus, que habent et tenent in civita- »
 » te Ferrarie et diecesi vel alibi et ab ec- »
 » clesiis vel aliis personis tamquam publi- »
 » cos et notorios Ecclesie Romane rebelles »
 » privamus, quinimo privatos nunciamus, »
 » ipsaque bona in dominium Romane Ec- »
 » clesie confiscamus, salvo jure domini »
 » principalium dominorum. Et quia pacta »
 » ac conventiones et treguas, quas pefa- »
 » tus Dux et comune Venetum habent cum »
 » quibuscumque in aliquo non servarunt, »
 » imo treguis pendentibus contra nos, imo »
 » vero contra Romanam Ecclesiam et civi- »
 » tatem ipsam et gentem nostram temere »
 » sepius venerunt, iccirco pacta et con- »
 » ventiones que Dux et comune Venetum »
 » habent cum quibuscumque communita- »
 » tibus, collegiis universitatibus seu aliis »
 » singularibus personis cujuscumque sta- »
 » tus, conditionis, aut ordinis existant et »
 » per que communitates, collegia, univer- »
 » sitates et singulares persone predictae ei- »
 » dem Duci, Consilio et comuni Veneto- »
 » rum ex contractu vel pacto aliquo extant »
 » in eorum damnum et prejudicium revo- »
 » camus, annullamus, cassamus, irritamus »
 » et cassa et irrita nunciamus et ad obser- »
 » vationem eorum in utilitatem ipsorum »
 » domini Ducis et comunis Venetorum »
 » nullum volumus obligare seu teneri, »
 » etiam si dicta pacta, conventiones et obli- »
 » gationes juramento et aliis quibuscum- »
 » que penis essent firmata, nisi infra decem »
 » dies a tempore publicationis hujusmodi »
 » nostri processus destiterint a premissis »
 » cum effectu et mandatis nostris nomine »
 » Romane Ecclesie venerint parituri. Item »
 » quia nobis et Ecclesie Romane fidelibus »
 » alimenta, quantum in eis est, subtrahe- »
 » rent et mercimonia impediunt et pertur- »
 » bant, ut in his, in quibus nos affligunt, »
 » puniantur, monemus omnes et singulos »
 » cujuscumque dignitatis et conditionis »
 » existant, universitates, collegia, et com- »
 » munita terrarum et rectores eorum pro »
 » primo, secundo et tertio et preemptorio »
 » propter more periculum, quatenus post »
 » notitiam hujusmodi nostri processus ha- »
 » bitam, nullas merces vel victualia Vene- »
 » tias, Clugiam vel ad terras eorum subie- »
 » ctas dominio et ad eorum utilitatem per- »
 » se vel alium deferat vel deferri faciat, »
 » nec cum Duce vel singularibus personis »
 » Venetis contrahat vel mercetur, emat vel »
 » vendat, vel permittet aut aliquem con- »
 » tractum cum eis vel eorum altero ineat, »
 » alioquin in singulares personas contra- »
 » rium facientes, rectores, potestates et »
 » consiliarios terrarum, si quantum in eis »
 » est non prohibeant, excommunicationis »
 » sententiam proferimus in his scriptis, »
 » communitas vero et universitates eccle- »
 » siastico supponimus interdicto, ad penas »
 » alias et revocationem omnium privile- »
 » giorum Duci et comuni Veneto a sede »
 » apostolica concessorum et alias processu- »
 » ri, prout protrevitas eorum exegerit et ju- »
 » stitia suadebit. In cujus rei testimonium, »
 » certitudinem et evidentiam pleniorum, »
 » presentem processum fecimus scribi et »
 » per magistrum Rainerium de Parma, cu- »
 » rie nostre notarium infrascriptum man- »
 » davimus semel et pluries et quoties opus »
 » fuerit publicari. Lecte et pronunciate »
 » fuere suprascripte sententie et late et »
 » presens processus publicatus per reveren- »
 » dos viros dominos Arnaldum abbatem et